

En hoc in tumulo cinerem nostri corporis |
 inf[er]stae Parcae deposierunt carmine. |
 Studium patronae, cura, amor, laudes, decus |
 silent ambusto corpore et leto tacent. |
 Reliqui fletum nata genitori meo |
 et antecessi, genita post, leti diem. |
 Bis hic septeni mecum natales dies |
 tenebris tenentur Ditis aeterna domu. |
 Rogo, ut discedens terram mihi dicas levem. |

Romae (I 1009. VI 10096 viderunt Henzen aliique praeter paucas litteras nunc deperditas. Buecheler carm. epigr. n. 55).

Graecis hexametris conscriptum est epitaphium Bassillae mimae, Kaibel epigr. Graec. 609 = Inscr. Graec. Ital. 2542 p. 704.

5214 N. Decitius N. l. | Sabellio mimus. || Decitia Sabellionis | li-
 berta, uxor.

Romae (VI 10108 semel descripta saec. XVI).

5215 Luria Privata | mima, v. a. XIX, Bleptus | fecit.

Roma ut videtur Veronam translata (VI 10111 vidit Mommsen).

5216 Eclogae | regis Iubae¹ | mimae, quae | v. a. XVIII [m.] |

Romae (VI 10110 semel descripta saec. XVI). — 1) Cf. supra N. 840.

5217 sociarum | mimarum. | In fr. p. XV, | in agr. p. XII.

Romae (VI 10109 vidit de Rossi).

5218 C. Statio Gemello | Atellano. Villia | Secunda cont.¹ fec.

Romae, nunc Neapoli (VI 26806 vidit Mommsen). — 1) Contubernali.

5219 M. Annaeus M. f. Esq. | Longinus maccus, vixit | dulcissime
 cum suis ad supremam diem. | C. Gavius Primigenius, vix. ann. VII. |

Desine iam, mater, lacrimis renovare | querellas,
 namque dolor talis non tibi contigit uni.

Romae (VI 10105 vidit Henzen. Buecheler carm. epigr. n. 1823).

5220 C. Portumius (sic) | C. l. Helenus, | Calpurnia Anapauma, | nu-
 gari de basilica | Antoniarum¹ | duarum.

Romae ad viam Appiam (VI 5536 vidit Henzen). — 1) Basilica Antoniarum, filiarum Octaviae et M. Antonii, alibi non commemoratur.

5221

Protogenes Cloul.¹ | suavei² heicei³ situst | mimus,
 plouruma que | fecit populo soueis | gaudia nuges.

In agri olim Amiternini vico Preturo in muro ecclesiae (I 4297. IX 4465 vidit Dressel. Ritschl tab. XLIXg). Buecheler carm. epigr. 361. Carmen Enniana aetate non multum posterius (Buech.). Puncta sunt formae quadratae oblongae, l littera modo L modo L. — 1) Clouli, vel Cloeli (servus). — 2) Suavei(s), suavis (Bue.). — 3) Hic.